



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXII. De Pace facta inter ipsos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XXII.

De

Pace facta inter ipsos.

Anno Domini MCCCXLIII. Dominus (a) Luderus Magister generalis pacem fecit & concordiam cum Rege Polonorum, reddendo sibi terram (b) Cojavensem & Dobrinoviensem & castrum Bronburg (c) in die S. Jacobi.

ANIMADVERSIONES.

(a) Factum hoc est Ludolpho Koenig Prussiam gubernante, qui etiam Magister Civitatem Dantiscanam principalem (die rechte Stadt/ ut vocant.) muro cingere coepit An. 1343. Vid. Schuz. lib. 2. Chron. Pruss. fol. 71. a.

(b) Rex vero Casimirus omni jure, quod in Pomeraniam, Culmensem atque Michelaviensem Provincias, ut & in Nieschoviam, Orlovium atque Murinoviam praetendebat, se abdicavit. Schuz. loc. cit.

(c) Die Sabbathi Kiliani martyris & ejus Sociorum An. 1343. Califfia, conscriptum est instrumentum Pacis, ut vocant. Hoc vero deinde die 22. Julii, id est, in die S. Magdalena, jurejurando ab utraque parte praestito confirmatum est. Schuz. loco citato Vid. & Neugeb. lib. 3. Hist. Polon. pag. 201.

CAP. XXIII.

De

Captivitate Kynstod.

Anno Domini MCCCLXI. tempore Magistri Winrici anno regiminis sui X. in vigilia Palmarum Kynstod Rex Lethovviorum captus est in venatione per quendam Fratrem Ordinis dictum (a) Gerh. Kranichsfeld & tenebatur in Maricnburg (b) sub diligenti custodia. Nihilominus (c) in profesto S. Elisabetha inde clandestine recessit.

ANI-